

habetur, à quatuor equis phaleratis tractus.  
 Cuius summo fastigij angulo & equi collo-  
 cati adparent, unâ cum trophæo. Imo  
 loco legere est. CAESAR DIVI F. Aureû  
 hoc numisma mediocri amplitudine D.  
 Bilibaldus Incuria Nurembergen. nobis  
 commonstravit.

In una parte.

23. Augustus adhuc puer effigiatur, aperto ca-  
 pite, & collo, sinistrorsum obtuens. infra  
 cuius collum legitur. CAESAR. Cephalic-  
 on hæc in media corona\*... impressu  
 est.

In altera.

Corona\*... singularis quidem illa,  
 ut cuius in contextu capita bouum in-  
 ta adpareant, & patina, nota omnes  
 religionis. In ea media præterea can-  
 delabrum sacrum est. *Simmaco. avo-  
 vstvs.* Nummum eum aureum  
 ego aliquando apud quendam nobilem  
 Bernæ elegantissimum vidi in Helvetiis

In una parte.

24. Dianæ effigies videnda est, ad leuam  
 ituræ similis, capillis calamistratis,  
 uelato pectore. Ad tergum ad humerû  
 dextrum arcus & pharetra deprehon-  
 dentur appensa. Inscriptio nulla pe-  
 nitus adparebat.

In altera.